







Ad Ornatum Disc. XLIII.

Sacrosancti Domini Nostri

INNOCENTII PAPAE XII.

Constitutio moderatoria Donationum, & Distributionis reddituum Ecclesiasticorum in Consanguineos, vel Affines Romani Pontificis, seu eorum loco adlectos, ac praescribens cautelas servandas circa signaturas earum gratiarum, quae aliquando aegrotante Romano Pontifice per concessum fieri dicuntur.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

bus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, etiam Apostolicis, necnon quorumcumque, & singulorum Ordinum Regularium, Religionum, Congregationum, seu Reformationum Institutis, Regulis, Statutis, Decretis, & Ordinationibus quibuscumque etiam in limine erectionis fundationis, seu reformationis, etiam in Comitibus Generalibus quocummodo factis, ac usibus, stylis, & consuetudinibus quibuscumque etiam censuratis, & immemorabilibus, Privilegiis quoque, & indulciis, ac literis Apostolicis quibuscumque sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiscumque vicibus innovatis, Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificae, expressae, individuae, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones, ac fide verba ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, si dem praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis respectivè habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad praemissorum effectum harum serie specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volimus autem, ut earundem praesentium literarum transmissis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quae haberetur praesentibus, si forent exhibitae vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, reuditionum, reintegracionis, sanctionis, mandatorum, prohibitionis, statuti, decretorum, derogationum, voluntatum, ademptionum, restitutionum, concessionum, consolacionis, annexionis, unionis, annullacionis, obsecrationis, praeccepti, renovacionis, annullacionis, cassacionis, irritacionis, declaracionis, oneracionis, moderacionis, & reformationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnat. Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, Quartodecimo Kalend. Martii Pontificatus Nostri Anno Tertio.

B. Card. Prodatarius.

I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco + plumbi

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate D.N. JESU Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto, Indictione secunda die vero decimasextima Februarii, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & Domini N. D. INNOCENTII Divina Providentia Papae XII. Anno Tertio; Supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiae S. Joan. Lateranensis, Basilicae Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicae, in Aede Campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Jo. Baptistam de Comitibus ejusdem Sanctissimi D. Nostri Papae Curiolem.

Petrus Cannamellinus Curforum Magister.

tionis, aliove quovis gratuito, seu lucrativo titulo directè, vel indirectè etiam servitorum, & meritorum, quae tamen talia non sint, ut ex lege iustitia tam exigant remunerationem, aliove quolibet colore, seu praetextu, five etiam supra veram ipsorum servitium, & meritorum rationem ullo modo in posterum disponatur.

Quod si Fratres, Nepotes, Consanguinei, vel Affines, seu illorum loco adlecti, five adficti praetati inopia laboraverint, poterit Romanus Pontifex pro tempore existens pro timorata sua conscientia illorum paupertatem eodem omnino modo sublevare, quo Pauperum extraneorum inopia subvenire fas est.

Ne autem, quod directè prohibetur, indirectè permittatur magnorum stipendiorum, seu honorariorum nonnullis Sedis praedictae Officiis, seu muneribus, quae Consanguineis, vel Affinibus, seu adlectis, vel adfictis praefatis concedi, vel plurimum conferverunt assignatorum ratione, stipendia, provisiones, five salaria, & honoraria, & alias quomodolibet nuncupari solita emolumenta quaecumque, quae antea per Cameram praedictam in Civitate Avenionensi, & Comitatu Veneyfino Nostri in Spiritualibus, & temporalibus Vicario Generali, ac in illis, & vicinis quique Provinciis ejusdem Sedis de Laterano Legato praetati, & solvi plerumque solita, & consueti fuerunt. Superintendens vero Generalis Negotiorum Sedis Apostolicae, necnon totius Militiae, tam Equestris, quam Pedestris Status Nostri Ecclesiastici Gubernatoris, & Capitanei Generalis, itidemque classis, & Triremium Pontificiarum Praefecti illiusque, & illarum Commissarii, & Locumtenentes Generalis, Arciumque, & turrim ad littora Maris tam Adriatici, quam Tyrrheni existentium Superintendens Generalis, Praefecti quoque Generalis utriusque Custodiae Corporis Romani Pontificis, & Locumtenentes Generalis, item Castellani Arcis Sancti Angeli de Urbe; Gubernatoris, ut alias deputabatur, Civitatis Beneventanae, cuius tamen Gubernum ad instar aliorum praedicti nostri Status, prout imperantiarum servatur, remaneat, & Arcis Beneventanae Praefecti. Item Gubernatoris Oppidi nostri Civitatis Verulae, ac eadem Perusinae, Anconitanae, & Novae Alculanae respectivè Arcium Praefecti, seu Castellani, Officia, & munera ipsa cum omnibus, & singulis illorum, & cujuslibet eorum Juribus, praerogativis, stipendiis, salariis, & emolumentis quibuscumque perpetuo suppressimus, & abolemus, illaque deinceps, quomodocumque, & quandoquocumque renovari prohibemus, nec cuiquam de cetero assignari, & praestari, seu concedi, & conferri respectivè volumus, atque decernimus. Quod si pro rerum qualitate, temporumque contingencia, manifesta, urgenteque necessitas munera, seu Officia Militaria hujusmodi, vel aliqua ex eis de novo institui exegerit, viros ad illa assumi volumus, & mandamus, strenuos, & fideles, eximia virtute praestantes, reique Militaris apprime peritos, & in illa diuturno, ac probato usu exercitatos, quibus Romanus Pontifex pro tempore existens secundum datam sibi à Domino Sapientiam pro ratione laboris, industriae, atque periculi competentia, & congruentia stipendia assignabit.

Porrò si Nostri, Successorumque Nostrorum Romano Pontificum pro tempore existentium Fratres, Nepotes, & alii quicumque Consanguinei, seu Affines, five veri, five ut praefertur, adfecti, & adficti, vitam Ecclesiasticam elegerint, ac Ecclesiarum, & monasteriorum, aliorumque beneficiorum, & Officiorum Ecclesiasticorum, ac annuarum pensionum super eorum fructibus consecutionis capaces fuerint, cum in reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum distributione eis facienda servari volumus moderationem, ut nonnisi iuxta eorum merita, & non ultra, congruam pro gradu, vel dignitate, quem, vel quam in Ecclesia obtinuerint, nullo ad consanguinitatem, affinitatem, seu adlectionem erga Romanum Pontificem habito respectu ad subventionem, ejusmodi redditus, & proventus Ecclesiastici eis distribuantur, quo custodia in omnibus Ecclesiastica disciplinae, atque iustitiae distributivae regula, nemini relinquatur conquirendi, vel obloquendi occasio, sed Ecclesiastica stipendia ministrantibus in Ecclesia Dei aqua lance pro uniuscujusque merito assignentur.

Quoad illos autem ex Fratribus, Nepotibus, aliisque Consanguineis, seu Affinibus Rom. Pontificum pro tempore existentium praefatorum, five veris, five ut praefertur, adfectis, & adfictis, quos eximius eorum ita exigentibus meritis ad sublimem Cardinalatus dignitatem assumi contigerit, tam quoque de cetero servari volumus moderationem, ut Ecclesiae, Monasteria, commenda aliae cujusvis generis beneficia, & Officia Ecclesiastica, ac pensiones annuas super illorum fructibus unicuique eorumdem respectivè conferenda, commendanda, & concedenda ac reservanda, & assignanda, verum valorem annuum duodecim milium scutorum monetæ Romanæ computatis insimul beneficiorum, & Officiorum quibuscumque fructibus, & pensionum quantitatibus, in totum non excedant. In ea tamen taxatione non comprehendantur emolumenta Officiorum ejusdem Apostolicae Sedis, & Romanae Curiae S. R. E. Cardinalibus demandari, seu concedi solitorum, aliorumque munerum quae ipsis non ad vitam, vel in perpetuum, sed ad tempus, seu beneplacitum Romani Pontificis pro tempore existentis demandata, seu concessa fuerint. Declarantes, quod deinceps praetati qui vitam Ecclesiasticam elegerint, seu ad sublimem Cardinalatus dignitatem fuerint assumpti, quoscumque Titulos fructuum reservationibus gravatos, five praeventivas, vel eventivas pensiones ultra moderationem, ut supra respectivè, praescriptam nullatenus assequi valeant.

Quod si forsan (quod absit) modus circa praemissa sic congruenter, salubriterque praescriptus in posterum excedatur, cura erit Romanis Pontificibus Successoribus, donationes gratuitas, secus lucratis dispositiones, excessivas subventiones, munerum, & Officiorum, seu illorum stipendiorum, & emolumentorum concessiones, ac reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum distributiones, nec non collationes, Commendas, Concessiones, reservaciones, & assignaciones, aliisque praemissa contra, vel ultra modum, ut praefertur, praescriptum factas, seu factas rescindere, revocare, & in nihilum redigere, ac ut praefertur, donata, elargita, concessa, collocata, commendata, reservata, & assignata ad Consanguineos, & Affines five veris, five adfectis, & adfictis praefatis, eorumque haeredibus, & Successoribus respectivè etiam manu Regia, & de Apostolica potestatis plenitudine vindicare, & auferre, ac Camera Apostolicae applicare, & incorporare, aliisque respectivè conferre, commendare, concedere, & assignare, ac alias desuper opportune providere, seu disponere.

Quia vero aegrotante Romano Pontifice nonnunquam contingit, ut Signaturae gratiarum, seu concessionum fieri dicuntur, modum illum excederent, quem ipse Romanus Pontifex, dum bene valebat, servare consueverat; statuitur, atque decernitur, ut si quibus ejusmodi Signaturae per Concessum à Romano Pontifice aegrotante etiam per Chirographum speciale manu ipsius Romani Pontificis subscriptum, vel alias quomodocumque committi contigerit, cujuscumque status, gradus, ordinis, & dignitatis fuerint, etiam Cardinalatus honore praesulgeant, nullas hujusmodi gratias, signare, vel expendere valeant, nisi fuerint ad illas adhibiti duo ejusdem S. R. E. Cardinales, qui unà cum Signatore praefato coram ipso Romano Pontifice eas concedente, ac expediti mandante, earundem Gratiarum supplicationibus, five minutis, aut Chirographis, aliisque concessionum scripturis subscribant, alioquin quidquid secus actum, signatum, gestum fuerit, nullum irritum, & invalidum, nulliusque sit roboris, vel momenti, & qui huc saluberrimae sanctioni controvenerit, ab ipso Rom. Pont. sanitate relicto, vel ejus Successoribus condignis poenis puniatur.

Ut autem praemissa omnia, & singula perpetuo & inviolabiliter observentur, Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, ut sicut ejusdem S. R. E. Cardinales in Romana Curia praesentes hanc Constitutionem, quantum in eis erit, observare, illique non contravenire, nec ullis infractantibus etiam Romani Pontificibus consentire, nec abolutionem à juramento praestito petere, nec oblatam, aut per abentes ab eadem Curia d. S. R. E. Cardinales quandoque ad eam advenerint, ac per suos Cardinales in assumptione Pilei promitti, & jurari debeat, promissioque, & juramentum hujusmodi in formula juramenti pro eisdem Cardinales praestati soliti adjuvantur, & adhibetur. Occurrente autem quandoquocumque ejusdem Apostolicae Sedis vacatione idem Cardinales in Conclavi, quando de observandis felicitis recordationis Praecessorum nostrorum Julii Papae Secundi super electione Romani Pontificis, Pii

Papae Quinti ne Civitates, & loca S. R. E. infendantur, & Sixti Papae Quinti de pecuniis in Arce S. Angeli possitis inde non amovendis, aliisque nonnullis Constitutionibus Apostolicis juramentum praestare solent, etiam de praesenti Constitutione per quemlibet observanda, & postmodum ipse ad supremi Apostolatus Officium assumptus post assumptionem hujusmodi hoc ipsum promittere, & jurare debeant, servatis etiam aliis omnibus, & singulis illis, quae circa juramentum hujusmodi in praefata Sixti Praedecessoris Constitutione Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, undecimo Kal. Maii Pontificatus sui anno primo edita praescribuntur.

Has quoque nostras litteras in libellum redigi, & post praedictas Julii, Pii, & Sixti, quae in Conclavi legi solent, aliorumque Praedecessorum nostrorum Constitutionibus adjungi, & in quintero Cancellariae nostrae Apostolicae una cum aliis Constitutionibus Apostolicis adscribi, & ad valvas Ecclesiae Lateranensis, Basilicae Principis Apostolorum dictaeque Cancellariae, & in Acte Campi Florae de Urbe publicari, ipsarumque praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eandem prorsus fidem, tam in iudicio, quam extra illud ubique haberi volumus, quae ipsidem praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum Constitutionis, Suppressionis, Abolitionis, Taxationis, Statutorum, Decretorum, Voluntatum, & Mandatorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo decimo Kal. Julii, Pontificatus nostri anno primo.

Ego Innocentius Catholicae Ecclesiae Episcopus promitto, voveo, & juro.



Ego Alderanus Episcopus Ostiensis Cardinalis Cybo promitto, voveo, & juro. Ego Jacobus Episcopus Tusculanus Cardin. Franconus promitto, voveo, & juro. Ego P. Episcopus Praenestinus Card. de Alteriis S. R. E. Camerarius promitto, voveo, & juro.

Ego F. Tit. S. Praxedis Presbyter Cardin. Maidalchini promitto, voveo, & juro. Ego Carolus Tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. Barberinus promitto, voveo, & juro.

Ego Nicolaus Tit. S. Calixti Presbyter Card. Acciajoli promitto, voveo, & juro. Ego Gaspar Tit. S. Mariae Transiberim Presb. Card. Carpinus promitto, voveo, & juro. Ego Caesar Tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio Presb. Card. Destres promitto, voveo, & juro.

Ego Franciscus Tit. S. Matthaei in Merulana Presb. Card. Nerlius promitto, voveo, & juro.

Ego Hieronymus Tit. S. Silvestri de Capite Presbyt. Card. Casanate promitto, voveo, & juro.

Ego Galeatus Tit. SS. Quirici, & Julitae Presb. Card. Marefcotus promitto, voveo, & juro.

Ego Fabritius Tit. S. Chrylogoni Presb. Cardin. Spada promitto, voveo, & juro.

Ego P. Thomas Hovardus Tit. S. M. super Minervam Presbyter Cardinal. de Norfolcia promitto, voveo, & juro.

Ego Jo: Baptista Tit. S. Caeciliae Presb. Card. Spinula promitto, voveo, & juro.

Ego F. Laurentius Basilicae SS. XII. Apostolorum Presb. Card. de Laurea promitto, voveo, & juro.

Ego Jacobus Tit. S. Mariae de Araceli Presb. Card. de Angelis promitto, voveo, & juro.

Ego M. Antonius Barbadicus Tit. S. Sufannae Presb. Card. S. Sufannae promitto, voveo, & juro.

Ego Joannes Tit. S. Petri in Monte aureo Presb. Card. de Goeffen promitto, voveo, & juro.

Ego P. M. Tit. S. Marcelli Presb. Cardin. Petruccius promitto, voveo, & juro.

Ego Joseph Saenz Tit. S. Balbinae Presb. Card. de Aguirre promitto, voveo, & juro.

Ego Leander Tit. SS. Nerei, & Achille Presbyt. C. Colloredus Major Penitentiarius promitto, voveo, & juro.

Ego Fortunatus Tit. SS. Joannis, & Pauli Presbyter. Card. Carafa promitto, voveo, & juro.

Ego Bandinus Tit. S. Pancratii Presb. Card. Panciatius promitto, voveo, & juro.

Ego Ferdinandus Tit. S. Clementis Presbyt. Card. de Abdua promitto, voveo, & juro.

Ego Tuffanus Tit. S. Agneris extra mœnia Presbyter Cardinalis de Janfon Forbin promitto, voveo, & juro.

Ego Jo: Baptista Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presbyter Cardinalis Rubinus promitto, voveo, & juro.

Ego J. B. Tit. S. Anastasiae Presb. Card. Costagutus promitto, voveo, & juro.

Ego Urb. S. Mariae in Via Lata Diac. Card. Sacchetus promitto, voveo, & juro.

Ego Fulvius SS. Cosmae, & Damiani Diac. Cardin. Astallius promitto, voveo, & juro.

Ego Petrus Sancti Laurentii in Damaso Diaconus C. Orthobonus S. R. E. Vice Cancellarius promitto, voveo, & juro.

Ego C. S. Mariae in Cosmedin. Diac. Cardin. Bichius promitto, voveo, & juro.

Ego Aloysius S. Mariae in Porticu Diac. Card. Homodeus promitto, voveo, & juro.

Ego

URBANUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii Nobis, meritis licet imparibus, divina dispositione injuncti sollicitudo assidue cor nostrum pulsat, & commovet, ut non solum ad ea quae animarum salutem respiciunt, verum etiam quae ad populum praesertim Almae Urbis nostrae, ac Nobis, & Sedi Apostolicae temporali ditioni subditorum utilitatem, pacem, tranquillitatem, perpetuamque securitatem pertinere noscuntur, vigilantiae nostrae aciem dirigamus, & praesertim noxiis illis, quae ob non adhibitam satis exactam diligentiam in conservandis tam publicis, quam privatis Scripturis inter subditos nostros, gravi cum nostra, eorumque molestia, fortunarumque suarum jactura, frequentius exoriri, & vigere intelligimus, commoda aliqua ratione provideamus, & pro felici progressu eorum, quae propterea a Nobis ordinantur, illorum curam ege-riorum virorum prudentiae demandemus, quorum opera, & studio feliciter gubernentur, ac lites facilius terminentur, prout pro justitiae complemento, & subditorum eorumdem quiete conspicimus in Domino salubriter expedire.

Cum itaque ex multiplicitate, & diversitate Notariorum Urbis, & aliorum etiam ex eis imperitia, & negligentia, ac Instrumentorum, & aliarum scripturarum confusiones, ac incuriosa custodia plurima damna, & incommoda a subditis nostris, & aliis irrogari maximum etiam detrimentum sive publice in dies inferri, eandemque non parvo in discrimine salutaritatem, & fraudem versari, vicissim vero ex diligentibus eorumdem Instrumentorum, & scripturarum cura salutaritatem, & fraudes omnes evitari, dominia rerum, & ac iura unicuique conservari, aliisque non modica pervenire bona satis exploratum, & abunde perspectum habentes, & in plerisque dominis, & regionibus exteris, ac etiam Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum auctoritate ferre in omnibus Civitatibus, & locis Status nostri Ecclesiastici publica, & generalia, & in ipsam Urbe nostra quaedam particularia, Capitulinum videlicet, & Romanae Curiae, & forsitan alia Archivia erecta, & instituta fuisse, ex eis tamen alia in deluerudinem abiisse, alia in multis deficere, neque per illa hujusmodi incommodis, damnis, & fraudibus, illarumque periculis sufficienter provideri animadvertentes, & ex Annalibus sacrae Historiae Romanam Ecclesiam olim Archivium publicum sub nomine Cartophilacii habuisse, & Cartophilacii Officium magnae dignitatis, & auctoritatis apud eandem Romanam Ecclesiam, & Sedem Apostolicam existisse, memoria repentes, & praemissis, quantum in nobis est, occurrere cupientes, nulla alia ratione satius praedictis nostris subditis, & aliis omnibus, quam per erectionem Archivii publici, & generalis in d. Urbe, ad quod Instrumenta publica, & aliae Scripturae per eisdem Urbis Notarios, & alios infra scriptos rogata pro tempore deferri, & in eo aservari debeant, consilium iri censuimus, pro eorumdem Urbis, & Romanae Curiae ornatu, & Instrumentorum, ac Scripturarum tuta, & perpetua conservatione nostrorum subditorum, & aliorum securitate, ac publica, & privata omnium utilitate ad erectionem hujusmodi devenire decrevimus.

Motu igitur proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & mera deliberatione nostris, ac de Apostolicae potestatis plenitudine Archivium generale Urbanum nuncupandum sub Protectione, & suprema Superintendentia dilecti filii Francisci Sanctae Agathae Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, nostri secundum carnem ex fratre germano Nepotis eius vita durante & post illius obitum unius ex eisdem S. R. E. Cardinalibus per pro tempore existentem Romanum Pontificem ad id specialiter deputandi, in dicta Urbe, in loco prope Plateam, Principis Apostolorum de Urbe nuncupatam, per Nos designato, & pro eisdem Archivii generalis bono regimine, & ad-

Ego Joannes Franciscus S. Adriani Diaconus Cardin. Albanus promitto, voveo, & juro. Ego Franciscus S. Angeli in foro Pifium Diaconus Card. Barberinus promitto, voveo, & juro. Ego Laurentius S. Mariae in Aquiro Diaconus Cardin. de Alteris promitto, voveo, & juro.

Loco + plumbi

B. Card. Prodaturus.

I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate D. N. JESU Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo Indictione decimaquinta; die verò 28. Julii, Pontificatus atque Sanctiss. in Christo Patris, & Domini N. D. INNOCENTII Divina Providentia Papae XII. Anno Primo; Supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas S. Joan. Lateranensis, Basilicae Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicae, in Acte campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Andream Dominicum Simoncellum ejusdem Sanctiss. D. Nostri Papae Curioem.

Agapinus de Magistris Curforum Magister.

INSTITUTIO ARCHIVII GENERALIS.

URBANI

In Alma Urbe sub Protectione, & Superintendentia Illustrissimi, & Reverendissimi

FRANCISCI BARBERINI

S. R. E. Card. Diac. Tit. S. Agathae.

Et erectio Officii Conservatoriae d. Archivii cum eorumdem jurisdictionis, & Privilegiorum assignatione.

SUMMARIUM.

Proemium.

- 1. Causa hujus Constitutionis.
2. Institutio d. Archivii sub protectione, de qua in rubrica.
3. Dos ejusdem, & emolumenta Conservatoris.
4. Privilegia ejusdem Conservatoris.
5. Jusso deferendi ad illud scripturas, de quibus hic.
6. Deputatio Camilli Perini J. U. D. in Conservatorem d. Archivii.
7. Jurisdictio Card. Barberini Superintendentis, & Governatoris d. Archivii.
8. Clausula preservativa.
9. Deputatio Executorum.
10. Derogatio contrariorum.
11. Forma publicationis, & fides Transumptorum.
12. Sanctio poenalis.

Dat. P. A. d. 3. Die 16. Novembris 1625. Publicatio.